

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp  
Gerhard, Johann**

**Hamburgi, MDCCIII**

**VD18 90617681**

Caput CXXXI. Christus Instituit Divitem Juvenem, Quomodo Possit  
Consequi Vitam Aeternam. Matth. 19. v. 16. Marc. 10. v. 17. Luc. 18. v. 18.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18203**

qui non tantum noster, sed etiam seminis nostri Deus esse velit Gen. 17 v. 7. 2. Quando verò liberi Dei beneficio in mundum sunt prognati, tum non sufficit, eos precibus Christo offerre: sed properandum est ad sacrum baptismum, ut per aquam & Spiritum renascantur. Joh. 3. v. 5. ut sic Christo incorporentur, atque fiant membra mystici ipsius corporis. Neque hic audiant patres vel Anabaptistas, vel etiam propriae rationis argumenta, quæ objicit: quid facies? infantes nihil intelligunt, quid igitur in templo cum ipsis tractabis? Expecta annos discretionis. Hic tu responde: Atqui ad hanc sacram actionem, non indigemus ratione nec intellectu. Quin etiam nos adulti in hujusmodi sacris actionibus debemus captivare intellectum nostrum in obsequium Christi, atque cum Christo non per rationem, sed per fidem agere. Atque hoc innuit Christus, quando hic dicit: *nisi quis acceperit regnum Dei sicut puer, haudquamquam ingreditur in illud.* Nam ipse Christus non alio respicit, quam ad obedientiam fidei. Ut quemadmodum infantes ex ore suorum parentum dependent, neque contra illos disputant: ita nos adulti ex ore & verbo Dei simplici fide dependere debemus. Abrahamus fuit vir 75. annorum, & tamen à DEO sic se duci passus est, ut circumcisionem (rationi ridiculam ceremoniam) cum tota sua familia susciperet. Idem fecere Moses, David & alii sancti. Cum igitur ratio humana nihil faciat ad baptismum, cur illam in infantibus spectabimus? Nam omnino Christus hoc suo facto ostendit, etiam infantes suæ gratiæ participes esse posse, nec à gratia baptismi removendos esse: quasi Spiritu prævidens, sub finem mundi exorturos Anabaptistas, qui & ipsi cum discipulis contra oblationes parvulorum disputaturi essent. 3. Porro, quando parvuli post baptismum adolescunt, ulterius Christi adducendi sunt per sedulam, sollicitam & piam institutionem. Sicuti Deus omnibus temporibus à sanctis requisivit, & Gen. 18. v. 19. in Abrahamo magnifice deprædicavit. Non ergo cogitet pater: Ego pro filio meo sedulo oravi, antequam nasceretur: quamprimum postea natus fuit, ipsum Christo per baptismum obtuli, eique ipsum commendavi. Ergo feci, quod

debi, in reliqua vita ipse jam se regat. Nequaquam sic cogitandum, sed cum annis demum crescat cura educationis. De eo D. Paulus Eph. 6. v. 4. vos patres, educate filios vestros in disciplina & correptione Domini. D. Petrus quoque habet elegans dictum 1. epist. 2. v. 1. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum & simulationem, & invidias, & detractiones, & sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo, lac concupiscite: ut in eo in salutem crescatis. Tria requirit Apostolus. 1. Quia natura sumus corrupti, & ex originali malo nobis malitia & dolum inhæreat, quidam etiam cum ætate ex imitatione aliorum deteriores fiant, ut invidiæ & detractioni indulgeant: vult ut hæc vitia pueri adolescentes deponant. 2. Usus lactis suadet, ut, quemadmodum nuper nati infantes lacte matrum nutriuntur, sic ipsi ex simplici Dei verbo, imprimis autem catechetica doctrina, quæ lactis instar est, donec solidioris cibi fiant capaces, instituantur. 3. Utque sic crescant, non tantum ætate & statura, sed potius in salutem. Hæc debent quotidiana esse exercitia Christianorum, sive puerorum sive adultorum: & qui sic quotidie Christum adeunt, se ipsi offerunt & sistunt, hi sunt ipsi accepti, eos amplectitur, ipsisque benedictionem communicat ad vitam æternam.

Pro hoc tertio parvulorum adducendorum ordine in primitiva Ecclesia egregium & utile habuerunt exercitium, quod singulis annis certo tempore pueruli, sensim adolecentes ad pastorem vel Episcopum loci adducti sunt, ut ab eis examinarentur, quid in doctrina pietatis profecissent. Hic certè juniores in discendo diligentes & ferventes fuerunt, ut bonum à doctore suo reportarent testimonium. Et hoc exercitium nominant Confirmationem, sc. juniorum in fide. Postea sub Papatu accesserunt nugæ Pontificiæ: chrisma, fascia, alapa. Ob hæc nugæ in prima Evangelii reformatione totus actus Confirmationis est abrogatus: *Man hat das Kind mit dem unreinen Bad hinweg geschicket.* Et bene exercitium Confirmationis retineri potuisset rescissis istis naniis Pontificiis. Nam quam difficulter nunc ejusmodi Catechetica rursus instituantur, id experiuntur illi, quibus salus & ædificatio Ecclesiæ curæ cordique est.

## CAPUT CXXXI.

## CHRISTUS INSTITUIT DIVITEM JUVENEM, QUOMODO POSSIT CONSEQUI VITAM ÆTERNAM.

MATTH. 19. v. 16. MARC. 10. v. 17. LUC. 18. v. 18.

## RATIO ORDINIS.

**U**andoquidem omnes tres Evangelistæ, Matthæus, Marcus, & Lucas adeo exactè de ordine hujus & sequentis historiæ consentiunt; non tantum supervacaneum est, sed etiam curiosum foret, ulterius de eo inquirere velle. Quapropter sine mora tractationem ipsius in manus sumamus: Nec est dubium, quin hic adolescens interfuert actui illi, cum infantes & pueri Jesu offerrentur, & audiverit magnificam ipsius

promissionem, *talium esse regnum celorum.* Cogitavit igitur secum: Ego nec infans sum, nec puer, hic Jesus me non suscipit in ulnas, non complexatur, aut benedicit, oportet ergo me ex ipso audire, qua ratione Ego regnum celorum consequi possim. Sed audiemus, rem eodem redire, de quo modo diximus: ut nimirum veniat ad JESUM. Nam talium, qui ad Christum veniunt, sive infantes, sive adulti sint, est regnum celorum.

Harm. Tom. I.

Yyyy 3

HISTO-

HISTORIA JUVENIS PRINCIPIS DE VITA  
AETerna INQUIRENTIS.

## MATTH. 19.

16. Καὶ ἰδὼς ἑς προσελθόν, ἔπεν αὐτῷ· διδασκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιῶ, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον;

17. Ὁ δὲ ἔπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν, ἄδικος ἀγαθός, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός· εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴ ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.

18. Λέγει αὐτῷ, ποῖας; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔπεν, Ἥτο· ἢ Φοιεύσεις, ἢ μοιχεύσεις, ἢ κλέψεις, ἢ ψευδομαρτυρήσεις.

19. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν.

20. Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος, πάντα ταῦτα ἐφύλαξα μὴν ἐκ νεότητός μου, τί ἐτι ὑπεροῦ.

21. Ἐφῆ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἰ θέλεις τέλει εἶναι ὑπάγε, πώλησον σου τὰ υπάρχοντα, καὶ δός τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο, ἀκολοθή μοι.

22. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπήλθε λυπόμενος, ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔπεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πλῆσις δυσκόλως εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ οὐρανοῦ.

24. Καὶ πάλιν λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι καμήλον διὰ τρυπημάτων ραφίδος διελθεῖν, ἢ πλοῦσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

25. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήροστο σφόδρα, λέγοντες τίς ἀρα δύναται σωθῆναι;

26. Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἔπεν αὐτοῖς, πάντα ἀνθρώποις τὸ τοῦ ἀδύνατόν ἐστι, πάντα δὲ Θεοῦ πάντα δυνατόν ἐστι.

16. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam?

17. Qui dixit ei: Cur me vocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus. Quod si vis ad vitam ingredi, serva mandata.

18. Dicit illi, Quae? Jesus autem dixit: Non facies homicidium, non committes adulterium, non facies furtum, non falsum dices testimonium.

19. Honora patrem et matrem: et diliges proximum tuum, ut teipsum.

20. Dicit illi adolescens: omnia haec servavi a juventute mea, quid adhuc mihi deest?

21. Ait illi Jesus: si vis perfectus esse, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni sequere me.

22. Cum audisset autem adolescens eum sermone, abiit tristis. Erat enim habens possessiones multas.

23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, Dives difficile intrabit in regnum caelorum.

24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei ingredi.

25. Auditis autem his discipuli expaverunt valde, dicentes: Quis ergo potest salus fieri?

26. Intuitus autem illos Jesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possible sunt.

## MARC. 10.

17. Καὶ ἐκπορευομένη αὐτῷ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἰς, καὶ γονυσηθῆς αὐτόν, ἐπῆράτα αὐτόν, διδασκαλε ἀγαθὲ, τί ποιῶ, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

18. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν, ἄδικος ἀγαθός, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός.

19. Τὰς ἐντολάς οἶδας; μὴ μοιχεύσεις, μὴ φοιεύσεις, μὴ κλέψεις, μὴ ψευδομαρτυρήσεις, μὴ ἀποσερήσεις, τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα.

20. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς ἔπεν αὐτῷ, διδασκαλε, ταῦτα πάντα ἐφύλαξα μὴν ἐκ νεότητός μου.

21. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν, καὶ ἔπεν αὐτῷ, ἐν σοὶ ὑπεροῦ. Ὑπάγε, ὅσα ἔχεις, πώλησον καὶ δός τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολοθή μοι ἀεὶ τὸν καιρὸν.

22. Ὁ δὲ συγνώσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπήλθε λυπόμενος, ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

23. Καὶ περιελθὼν ὁ Ἰησοῦς, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, πῶς δύσκολός ἐστι τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται.

24. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβήθη ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτοῖς, τέκνα, πῶς

17. Et cum exiret in viam, accurrunt quidam, ac genua flexit illi, et interrogabat eum: Praeceptor bone quid faciam, ut vitam aeternam possideam?

18. Jesus autem dixit illi: Cur me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus.

19. Praecepta nosti? Ne committas adulterium. Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dicas. Ne fraudes. Honora patrem tuum et matrem.

20. At ille respondens dixit illi: Praeceptor haec omnia servavi ab adolescentia mea.

21. Jesus autem intuitus illum, dilexit eum, et dixit illi: Unum tibi deest, tibi, quaecumque habes, vende, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo. Et veni, sequere me subleat in humeros cruce.

22. At ille molestia affectus propter sermonem, discedebat moerens, habebat enim possessiones multas.

23. Et cum circumspexisset Jesus, dicit discipulis suis: Quam difficile hi qui pecuniam habent, in regnum Dei intrabunt.

24. Discipuli vero obstupuerunt super verbis illius. At Jesus rursus respondens, dicit illis, Filii,

δοκτεδόν

δυσκολόν ἐστι τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ εἰσελθεῖν.

- 25. Εὐκολώτερον ἐστὶ κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τοῦ ραβίου εἰσελθεῖν, ἢ πλοῖον εἰς τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ εἰσελθεῖν.
- 26. Οἱ δὲ περιεσπῶς ἐξεπλήρωοντο, λέγοντες πρὸς αὐτὸν, καὶ τίς δύναται σωθῆναι;
- 27. Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει, ὅτι ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' ἔστι τῷ θεῷ, πάντα γὰρ δυνατόν ἐστι τῷ θεῷ.

quam difficile est eos qui fiduciam habent in pecuniis regnum Dei ingredi.

- 25. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quam divitem in regnum Dei ingredi.
- 26. Illi vero supra modum admirati sunt dicentes intra sese, & quis potest esse salvus?
- 27. Intuitus autem Jesus illos, dicit: apud homines impossibile, sed non apud Deum. Nam omnia possibilia sunt apud Deum.

LUCÆ 18.

- 18. Καὶ ἐπηρώτησέ τις ἀρχὼν αὐτὸν, λέγων, διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;
- 19. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, τί με λέγεις ἀγαθόν, ἔδεις ἀγαθός, ἐμὴ εἰς ὁ θεός.
- 20. Τὰς ἐπιτολάς οἶδας, μὴ μοιχεύσεις, μὴ φονεύσεις, μὴ κλέψεις, μὴ ψευδομαρτυρήσεις. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.
- 21. Ὅ δὲ εἶπε ταῦτα πάντα ἐφύλαξά μιν ἐκ νεότητός μου.
- 22. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἐτι ἐν σοὶ λείπει. πάντα ὅσα ἔχεις, πώλησον, καὶ διάδος τῷ πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.
- 23. Ὅ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περιεσπῶς ἐγένετο. τὴν γὰρ πλοῦτος ὁ ὄνομα.
- 24. Ἴδων δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περιεσπῶς γενόμενον, εἶπε, πῶς δυσκόλος ἵ τα ῥήματα εἰσέλθουσι εἰς τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ.
- 25. Εὐκολώτερον γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ραβίου εἰσελθεῖν, ἢ πλοῖον εἰς τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ εἰσελθεῖν.
- 26. Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες, καὶ τίς δύναται σωθῆναι;
- 27. Ὅ δὲ εἶπε, τὰ ἀδύνατα ἐστὶ ἀνθρώποις, δυνατὰ δὲ ἐστὶ τῷ θεῷ.

- 18. Et interrogavit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendum mihi, ut consequar vitam eternam.
- 19. Dixit autem ei Jesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus.
- 20. Precepta nostri? Non committes adulterium, non occides, non facies furtum, non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem tuam.
- 21. At ille ait: Hec omnia, servavi a juventute mea.
- 22. Audiens autem hec Jesus ait ei, adhuc unum tibi deest. Omnia quecumque habes, vende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & age sequere me.
- 23. His ille audit, mærore affectus est, quia dives erat valde.
- 24. Videns autem Jesus illum mærore affectum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.
- 25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei.
- 26. Et dixerunt qui audierant: Et quis potest salvus fieri?
- 27. At ille ait, que impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Harmonia hujus historia.

Καὶ α ἰδὲ β ἐκπερευομένη αὐτὸς εἰς ὄδον προσδραμῶν ε εἰς c τῆς ἀρχῶν, b καὶ γονυπετήσας αὐτὸν h ἐπηρώτησά αὐτὸν, a καὶ εἶπεν αὐτῷ, c λέγων, διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί a ἀγαθόν l ποιήσω, c ἵνα l ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω, ὁ δὲ h Ἰησοῦς l εἶπεν αὐτῷ, τί με λέγεις ἀγαθόν; ἔδεις ἀγαθός εἰ μὴ εἰς ὁ θεός, a εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῆς θεοῦ, τήρησον τὰς ἐπιτολάς, λέγει αὐτῷ, πείσας; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε h τὰς ἐπιτολάς οἶδας, a ὅτι l μὴ μοιχεύσεις, μὴ φονεύσεις, μὴ κλέψεις, μὴ ψευδομαρτυρήσεις, b μὴ ψευδομαρτυρήσεις. l τίμα τὸν πατέρα σου, l καὶ τὴν μητέρα σου, a καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν. b ὁ δὲ ἀκούσας l εἶπεν e αὐτῷ a ὁ νεανίσκος. b διδάσκαλε, l ταῦτα πάντα ἐφύλαξά μιν ἐκ νεότητός μου. a τί ἐτι ὑστερῶ, c ἀκούσας δὲ ταῦτα, h ὁ Ἰησοῦς, b καὶ ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγαπήσεν αὐτὸν, καὶ l εἶπεν αὐτῷ a ὁ Ἰησοῦς. h ἐτι b ἐν σοὶ ὑστερεῖ. a εἰ θέλεις τελειῶ εἶναι, e ὑπάγε b πώλησον a πάντα τὰ ὑπάρχοντά σου c πάντα h ὅσα ἔχεις, καὶ διάδος τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, b ἀκούσας τὸν θάρον. f ἀκούσας δὲ a ὁ νεανίσκος τοῦ λόγον b συγκόσας ὅτι τῷ λόγῳ, c περιεσπῶς ἐγένετο.

Et ecce b cum exiret in viam accurrat e quidam princeps, b ac genua flexit illi & interrogabat eum a & ait illi, c dicens: l Magister bone, quid a boni l faciam e ut l vitam eternam possideam? h Jesus autem l dixit ei: cur me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. a Quod se autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi, que? Jesus autem dixit: h Precepta nostri. l Ne committas adulterium. Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dicas. b Ne fraudes. l Honora patrem h tuum, l & matrem e tuam, a & diliges proximum tuum ut te ipsum. b At ille respondens l dixit e ei a adolescens. b Preceptor, hec omnia servavi, ab adolescentia mea. a Quid adhuc mihi deest? c Audiens autem hec h Jesus, b & intuitus illum, dilexit eum, & l dixit illi a Jesus, c adhuc b unum tibi deest: a si vis perfectus esse e vade, l vende a que habes c omnia, l & distribue ea pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me, b sublata in humeros cruce f cum audisset autem c adolescens eum sermonem b molestia c & mærore

γένετο, & κή ἀπῆλθε ληπόμενος. Ἰ ἦν γὰρ & πλούσιος. ὁ δὲ εἶπεν εἰς τοὺς μαθηταίς αὐτοῦ: ἡ πῶς δύσκολως οἱ τὰ χεῖματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελεύσονται. ἀ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πλούσιος δύσκολως εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. β οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβήθησαν ὑπὸ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ὅτι Ἰησοῦς πάλιν δοκίμασθεῖς, λέγει αὐτοῖς: τέκνα πῶς δύσκολον ἔστι τῆς πεποιθότας ὅτι τοῖς χεῖμασι, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. ἀ καὶ πάλιν λέγω ὑμῖν. ἰ ευκοπώτερον ἔστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ραβίδου εἰσελθεῖν, ἢ πλῆσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. ἀ ἀκούοντες οὗτοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, & ἐπειθεῖς ἐξέπλησαν οὐκ ἔτι, & εἶπον οἱ ἀκούσαντες & λέγοντες β πῶς ἐφύσας, ἡ καὶ ἵ τις ἀ ἀρα ἰ. δύναται σωθῆναι; & ἐμὲ βλεψας δὲ β αὐτοῖς ἰ ὁ Ἰησοῦς, & εἶπεν αὐτοῖς & ὡς ἀνθρώποις τὸ ἀδύνατον, β ἀλλὰ & ὡς τῷ θεῷ. & πάντα β γὰρ & τὰ ἀδύνατα ὡς ἀνθρώποις, ἰ δύνατά ἐστι ὡς τῷ θεῷ.

a affectus propter sermonem, & discedebat moerens, l quia dives erat valde, & habens possessiones multas, c videns autem Jesus illum morore affectum, b & cum circumspexisset & Jesus l dixit & discipulis suis: h Quam difficile est hi qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. a Amen dico vobis; dives difficile intrabit in regnum caelorum.  
 b Discipuli vero obstupuerunt super verbis illius. At Jesus rursus respondens, dicit illis: Fili, quam difficile est, eos, qui fiduciam habent in pecuniis regnum Dei ingredi: a Et iterum dico vobis. l Facilius est camelum per foramen acus ingredi quam divitem in regnum Dei ingredi.  
 a Auditis & autem a bis discipuli & supra modum expaverunt.  
 & Et dixerunt; qui audierant, & dicentes b inter sese, h & l quis a ergo l potest salvus fieri?  
 & Intuitus autem b illos l Jesus, & dixit illis, & apud homines hoc impossibile est, b sed non apud Deum, & omnia b enim c qua impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Periocha hujus Historia.

Postquam in praedentibus de officio parentum, de studiis infantum & puerorum differendi occasio offertur de adultioribus, de opibus item & usu divitiarum, ne hoc quenquam in ingressu regni caelorum impediatur. Toti autem huic tractationi occasionem praebuit *νεανίσκος* adolescens quidam, ut Matthaeus eum nominat. Qui simul etiam fuit *ἀρχων* princeps, ut Lucas refert, nimirum familiae suae. Nam celebratiores inter Judaeos familiae, suos habuerunt *ἀρχοντες* & primores. Certe non vulgaris dignitatis ipsum fuisse, opum & possessionum abundantia, quam omnes tres Evangelistae ipsi tribuunt, arguit. Is cum animadvertisset Christum *illinc abire*, ne tum exoptatam discendi occasionem post illius discessum negligeret, teste Marco *accurrit*, magnum suum studium & ardorem in audiendo eo significans. *Genua insuper flexit*, quo gestu corporis, animi quoque humilitatem testatus est, & quanti Dominum Jesum, qui alioquin fere omnibus invisus & exosus erat, in suo corde faceret. Insuper honorifice ipsum compellat, non tantum *Magistrum*, sed etiam magistrum *bonum* eum nominans, a quo tandem viam consequendi vitam aeternam discere cupit: quod nunquam fecisset, nisi Dominum Jesum maximi fecisset. Est hoc insigne exemplum religiosi animi in juvene, qui de vita aeterna etiam in juventute fuit sollicitus. Et eum serio hanc quaestionem proposuisse, ex omnibus circumstantiis colligere licet: ut mirum sit Hieronymum in eam devenisse sententiam, quod statuit, ipsum tentandi animo interrogasse. Serium enim hoc studium esse debet omnium adolescentum, ut meminerint Creatoris sui adhuc in diebus juventutis suae, antequam appropinquent anni, de quibus dicit, non mihi placent. Eccles. 12. vers. 1. Nam in quo corrigit adolescentior viam suam? nisi in custodiendo sermone iem Domini. Psalm. 119. v. 11. Et Joannes te. iatur 1. epist. 2. v. 14. se adolescentibus scribe-

re, ut fortes sint, & verbo Dei in ipsis manente, vincant malignum. Tales juvenes fuere Jacobus Patriarcha, Josephus, David, Daniel & Timotheus, de quo Paulus confirmat 2. Tim. 3. v. 15. quod sacras literas noverit ab infantia sua. Quin & hoc in praesenti juvene laude & observatione dignum est: quod doctrinam de consequenda vita aeterna inquisiturus, non adiit Scribas, Phariseos sive Pontifices Judaeorum, qui & ipsi sibi scientiam mysteriorum salutis arrogabant. Et si maxime antea apud ipsos fuit, ut qui in observatione legis a pueritia diligens fuerit: tamen apparet, illos ipsi non fatiscisse, iccirco alibi cogitur quaerere, quo conscientiam suam sollicitam possit tranquillam reddere. Et recte fecit, quod Jesum adiit, si modo cum ipso mansisset. Ipse enim est aqua viva, quam qui bibit, non sitit in aeternum, Johan. 4. vers. 13. Est panis vitae, quem qui manducat, vivet in aeternum, Johan. 6. vers. 58. Apud hunc etiam nos, & non apud alium quaeramus salutis & aeternae vitae consequendae rationem. Hic nobis a Patre datus est Catholicus Doctor, qui caelitus nobis dixit: Hunc audite. Matth. 17. v. 5.  
 Sed inspiciamus etiam hujus juvenis quaestionem, quam in hunc modum proposuit: *Bone Magister, quid boni faciam, ut haereditem vitam aeternam?* In hisce verbis non tantum Judaicus; sed communis omnium hominum error latet. Nunc enim posteaquam per tristem primorum parentum lapsum toti corrupti sumus, & ex nobis ipsis tanquam ex nobis nihil boni ne cogitare quidem, nedum facere possumus; omnes natura sic affecti sumus, ut per bona opera, quae tamen praestare nequimus, caelum rursus conscendere conemur. Et hinc factum est, quod in toto orbe omnibus temporibus amplissima haec fuit secta, quod homines salutem & regnum caelorum per opera consequi volunt. Ignorant nimirum suum morbum, cui natura sunt subiecti, cujus vitio, si maxime multa operentur, mala

mala tamen tantum operantur. Proinde tales ante omnia ad sui agnitionem sunt adducendi, ut prius per medicum sanentur, postea ex gratitudine bona operentur: sicuti Christus in responsione ad hunc adolescentem id ostendit.

Sic autem Christus adolescenti primum respondit: Cur me dicis bonum: Nemo bonus nisi unus Deus. Cur vero Christus ipse titulum detrectat, cum tamen ipse sit vere Deus, & propterea etiam perfecte bonus? Fecit id absque dubio hac de causa, quod animadvertit hunc juvenem hisce verborum blandimentis ipsius benevolentiam captare, cum homine nihil sublimius de ipso senserit, licet aliis hominibus eminentiorem statuerit. Cum ergo vulgaris, sed perversa hominum consuetudo sit, ut ambitiosis titulis insolenter superbiat, adeo, ut interdum etiam non ab iis, qui divina majestatis & sanctitatis proprii sunt, abstineant; ideo ad taxandum istud vitium, titulum *boni* ab ipso non vult recipere: sed omnem bonitatis laudem in unum solum Deum transfert. Interim tamen neque se *Deum*, neque se *bonum* esse negat: tantum ab hoc *boni* epitheton non recipit, q. d. Quia me *ψιλόν ἀγαθόν*, & nudum hominem esse existimas, merito ab appellatione boni abstinere debebas: cum solus Deus dicendus sit bonus, & si quid boni apud homines, eorumque opera invenitur, id a solo bono Deo accipiunt. Aut ergo agnosce me quoque Deum, aut à *boni* titulo abstine. Hæc est prima pars responsionis Christi ad hunc adolescentem. In quo omnes boni hoc imitari discant: ut, si quando etiam ipsi insignibus encomiis & titulis ornantur, laudes illas retorquant in laudes divini nominis, & consideratione suorum defectuum non admittant in animo voces Deo proprie convenientes. Fere enim isti hoc facere solent, ut sub tacita adulatione benevolentiam nostram capiant, & vicissim à nobis aliquid eliciant, quo par pari ipsis referatur. Sic hic juvenis, Christo *boni* titulo adulans, omnino speravit, se ab ipso elicere posse, ut si gloriaretur se omnia Dei præcepta in se à juventute observasse, ipsum vicissim bonum resalutaret. Altera vero, & principalis responsionis pars, qua ad adolescentis responsionem directe respondet, aliquanto prolixior est, & quasi dialogum inter Jesum & adolescentem continet. Nos illum continuo contextu percurremus: postea, quæ potissimum observanda sint, etiam paucis indicabimus. Primo Christus dicit: *quod si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Ad legem Dei initio ipsum remittit, ut sensim ad agnitionem peccatorum & imperfectionis suæ eum adducat. Hic enim est finis legis & præceptorum, ut per illa ad agnitionem peccatorum adducamur, Rom. 3. vers. 20. Juvenis interrogat, quanam sunt illa mandata, quæ servare debeo. Jesus ipsi proponit præcepta secundæ tabulæ, quæ agunt de dilectione proximi, & dicit: *Præcepta nostræ? Mox illa ipse recitat: Ne committas adulterium. Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dicas. Ne fraudes. Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum, ut te ipsum.* Attende, quomodo, & quo ordine Christus hic Decalogi præcepta recitet. Mirum, ipsum à Calvinianis non traduci, nec reprehendi. Quando autem nos præcepto, de honorandis parentibus, quartum, & non cum ipsis

quintum locum in decalogo tribuimus, magnum, ipsorum iudicio, piaculum & nefas committimus. Christus & ipsi Apostoli talem *ἀγγελίαν* non attenderunt. Si quis duas tabulas legis, quarum prima agit de cultu Dei, altera de dilectione proximi: item, decem verba sive præcepta Decalogi agnovit, cum eo contenti fuerunt, nec semper de ordine solliciti fuerunt. Imo Marcus hic interponit, *ἢ ἀποστρέψας, ne fraudem feceris*, aliena illicite auferendo. Quæ particula potest esse vel appendix septimi præcepti de furto. Nam significat, ne prives, neve spolies quenquam. Aut apposita est loco noni & decimi præcepti de prava concupiscentia, quæ his verbis reprimi debet. Sed pergamus. Adolescentem ad hanc præceptorum recitationem Christo respondet: *Præceptor, hæc omnia servavi à pueritia mea.* Servavit nimirum eo modo, quo tum temporis Pharisei, se totam legem implere posse sibi imaginati sunt. Ubi in præceptis Legis tantum notoria, crassa & externa facta utpote cædem, adulterium, furtum & consimilia, notari putarunt: de internis peccatis, utpote ira, libidine, prava concupiscentia & aliis, partim solliciti. Hoc licet Christus adolescenti prolixè ex Matth. 5. ostendere potuisset; hæc tamen vice id non fecit, quia magis ex simplicitate & errore, quam ex malitia id dicere vidit. Imo hoc etiam adolescens addit: *quid adhuc mihi deest?* A deo ipsum sefellit propria, & quidem legalis iustitiæ fiducia, ut non tantum de mandatorum Dei observatione gloriari ausit; sed etiam, si quæ altiora & perfectiora restent, inquirat, in iis etiam suam industriam & diligentiam probaturus. Agnoscit ergo sibi adhuc aliquid deesse, quidnam autem illud sit, ipse ignorat; ac proinde à Christo petit, ut ipse æstantem conscientiam sua doctrina tranquillam reddere velit. Dominus Jesus, hæc adolescentem de seipso referentem, intuitus est eum blande, & dilexit eum, ob pietatis studium, animi integritatem, & quod videret ipsum bonæ indolis esse, civiliter bene moratum, & per omnia liberaliter educatum, licet plurima adhuc ipsi deessent. Ipse enim quassatam arundinem non conterit, neque linum fumigans extinguit, Esa. 42, 3. sed infirmitatibus nostris benigne medetur. Respondet itaque illi: *adhuc unum tibi deest.* Imo plurima ipsi deerant: sed Christus tanquam cum infirmo agens, noluit ipsum copia & multitudine consternatum reddere. Addit autem: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæcunque habes omnia, & distribue ea pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me sublata in humeros cruce.* In his verbis Christus tam adolescenti, quam aliis monstravit, quodnam sit illud *unum*, quod ei ad perfectionem & ad salutem consequendam desit, nimirum, contentus divitiarum & terrenarum opum. Hisce enim, ut ex sequentibus patebit, animum suum ita apposuerat, ut præ illis cœlestes thesauros, imo Christum ipsam mundi servatorem, negligeret. Ideo cor ipsi tangit, quando dicit: *vade, vende quæcunque habes omnia, & distribue pauperibus.* Hoc adolescenti huic diviti durum erat verbum, licet antea gloriatus fuerit, se etiam præceptum illud, de dilectione proximi inde usque à juventute sua servasse. Si servavit, quomodo potuit tam multas habere possessiones, & non potius superflua distribuere fratribus egentibus? Utque sciat, se hac distributione facultatum suarum,

inter

inter pauperes, nullam jacturam corporalium bonorum passurum, dicit ei: *Et habebis thesaurum in caelo*, ubi sunt illa bona, quæ arugo & tinea non demoliuntur, & quæ fures non effodiunt, nec furantur, Matth. 6, 19. At vero quia etiam gentium Philosophi quidam inventi sunt, qui omnes suas facultates reliquerunt, & inter alios distribuerunt, ut libertatem animi sui ostenderent, & se in eo quasi beatos esse demonstrarent, quod animus ipsorum quasi major esset toto mundo, ut qui ejus non indigerent: Ideo Christus hic addit illud, in quo potissimum ipsius perfectio constitiisset, si parere voluisset. *Et veni, sequere me*, tu pauper, pauperem me, apud quem inventurus es animam requiem, & æternam salutem. Et hoc est, quod etiam supra monuimus, si quis velit particeps fieri regni cælorum, necesse esse, sive infans sit, sive adultus, ut veniat ad Christum. *Talium enim, qui Christo adherent, est regnum cælorum.* Non autem Christus prius hunc divitem adolescentem ad se venire, atque sequi jubet, quam bona sua inter pauperes distribuisset: ne ipse aliquid de ejus bonis appetere videretur: sed ut manifeste ostenderet, se ipsum quærere, & non quæ illius sint. Non desiderat ipse terrestria, qui nobis dat dona cælestia. Tandem concludit: *sublata in humeros cruce.* Crux enim individua comes est sectatorum Christi. Sicuti non ita pridem in hac ipsa vicinia docuerat, Luc. 14, v. 27. Qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest esse meus discipulus. Hæc est summa doctrinæ, quam Christus proponit diviti adolescenti, qua ratione vitam æternam hæreditare possit.

Hoc loco Pontificii abutuntur ad oppugnandam justitiam fidei, & Christum contradictionis insimulant. Dicunt enim: Alias Christus unam tantum fidem requirit, & pollicetur in se credentibus vitam æternam: hic vero divitem adolescentem remittit ad opera legis. Ergo significat & fidem, & opera necessaria esse ad salutem: atque sic duplicem facit justificationem, unam fidei, alteram operum. Respondeo: simpliciter & plane in singulis locis attendendum est, cum qualibus hominibus Christus sermonem suum instituat. Nam pro diversitate percunctatorum diversa etiam dedit responsa. Quando cum accesserunt Scribæ & consimiles personæ interrogantes, quid faciendo, aut quibus operibus vitam æternam sibi comparare debeant: Ibi Christus simpliciter respondit: Si operibus vultis vitam æternam promereri, nulla sanctior nec perfectior regula bonorum operum est, quam doctrina legis, cui nihil vel addi, vel adimi potest, quæ etiam habet promissionem vitæ: Si quis eam perfecta obedientia, eo modo, sicut lex præscribit, impleverit. Non autem propterea Christus affirmat, Scribas istos vel hunc juvenem hoc præstare posse, imo hoc agit, ut ipsos convincat, quod legem perfecte implere non possint, ut intelligant, opus sibi esse alia justitia, quam suorum operum, si vitam æternam velint hæreditare. Quemadmodum ergo medicus, si ægrum habeat, qui ex phrenesi morbum suum non agnoscit, eum ad saltandum & currendum hortatur, ut agnita sua infirmitate medicum & medicamenta tanto facilius admitat: ita Christus legem cum suis promissionibus primum proponit, ut, quia

humanus animus ex spiritali quadam phrenesi de sua virtute plurimum sibi blanditur, in ipso conatu experiatur, se legem perfecta obedientia implere non posse, & ita discat, opus sibi esse medico & alia justitia ad vitam æternam. Quod ipsum adolescentens hic paulo post expertus est. Quamprimum enim Christus ipsum de æterna observatione præceptorum gloriantem ad perfectam proximi pauperis dilectionem remisit, mox toto animo consternatus discessit, qui jam scalis sua opera factis in cælum consensurus putabatur. Neque etiam potest doctrina de gratuita fidei justitia locum habere, nisi prius homo sit convictus, quod operibus suis ex lege non possit salutem & vitam æternam consequi. Atque hoc modo lex est pædagogus noster ad Christum, Galat. 3, v. 24, ut ipse sit nostra justitia. Quando vero Christum adierunt, qui jam ante sensu suorum peccatorum erant consternati, nunquam eos ad legem; sed simpliciter ad fidem remisit, qua apprehenderent Christum Jesum, & agnum illum Dei, qui sustulit peccatum mundi, ut in ipso vitam & salutem invenirent. Hoc Pontificii nequiter invertunt. Quod enim Christus Pharisaïs opinione propriæ justitiæ inflatis proposuit, ut superbiam eorum retunderet, hoc ipsi catechumenis, quærentibus quæ sit fides, qua vitam æternam consequi possint, proponunt. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Et cum Moses eos, qui volunt justificari, mittat ad Christum; Pontificii suos justificandos per baptismum jam Christo insitos à Christo ablegant ad Moysen & legem, ut faciendo ea, quæ scripta sunt, justificentur & vivant. Hanc methodum etiam observarunt Apostoli Act. 2, v. 38, cum Judæi catechumeni metu suorum peccatorum consternati interrogarent, quid faciemus viri fratres? Petrus nequaquam respondit: Si vultis vitam ingredi, servate mandata legis. Sed dicit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum. Sic. Act. 26, 30, cum carcerarius Philippis quæreret: Domine quid me oportet facere, ut salvus fiam? Quid respondit Paulus? num dixit: fac ea, quæ in lege scripta sunt, & vives? Nequaquam. Sed: crede in Dominum Jesum, & salvus eris tu, & domus tua. Et continuo baptizatus est, & ipse, & domus ejus. Sic ergo videmus, Christum nequaquam sibi ipsi contradicere in doctrina justificationis, sed tantum pro diversitate auditorum suam doctrinam ita accommodare, ut & elati, si doctrinæ locum dare velint, & dejecti ad justitiam fidei adducantur, & per eam salventur. Interim omnes novimus, quod fides bona opera non tollat. Nam neque ulla est vera fides, quam quæ per charitatem est efficax, Gal. 5, v. 6. Et in eo facile cum Pontificiis consentiemus, quod bona opera sint necessaria, sed si addant hæc verba, ad salutem sunt necessaria: tunc illa repudiamus, quia pugnant cum *verborum* sanorum verborum. Neque duæ sunt justificationes, una fidei, altera operum. Sed coram Deo est unica justificatio fidei, & ea perfecta: opera autem, quæ sequuntur, sunt effectus justificationis. Sicut etiam Augustinus scite dixit: Bona opera non præcedunt justificandum; sed sequuntur justificatum.

Disputatur etiam: utrum hoc præceptum diviti huic adolescenti datum sit tantum personale, an vero

an vero generale? Respondendum puto: primario & per se fuisse speciale. Neque enim Christus consimile mandatum aliis dedit, sed singulis dispensationem rerum suarum æconomicarum liberam reliquit, etiam iis quos summo sanationis dono affecerat. Paulus quoque, quando ex professo tractat doctrinam de elemosynis pauperibus erogandis, nemini injungit, ut omnia erogat: sed expresse dicit; non ut aliis sit remissio, & vobis angustia; sed ex æqualitate, 2. Cor. 8, 13. Neque Vigilantium in eo errasse statuo, quod asseruit, melius facere illos, qui rebus suis recte fruuntur, & paulatim fructus possessionum pauperibus dividunt, quam illos, qui possessionibus venditis simul omnia elargiuntur. Secundario autem potest fieri generale præceptum, ut pro re nata, & maxime urgentibus persecutionibus, omnia quæ possidet, non tam vendere, quam deserere, & Christum nudum, nudus & ipse, sequi cogatur. Nam etiam alias Christus de suis discipulis pronuntiavit, si quicquam in orbe se magis charum habeant, non esse ipsos se dignos.

Videamus etiam, quomodo adolescens hic Christi doctrinam exceperit. Erat initio valde avidus regni cælorum, simul & perfectionis. Postquam autem ex Christo cognovit, per abjectionem divitiarum, quarum ipse plurimas habebat, & per sequelam Christi posse ipsum perfectionem consequi, jam zelus ille deseruit, & ipse pedem retro tulit. Quo enim plures possessiones habebat, eo magis ipsarum mancipium factus fuerat. Fortassis si parum posse disset, facile cum Apostolis relictis omnibus, Dominum secutus esset. Sed additio divitiarum, apud ipsum quoque, peperit additionem avaritiæ, ut animum suum ab opibus abstrahere non potuerit, ac propterea maluit Dominum, fontem salutis & vitæ, quam opes suas deserere. Nam sermone Domini vehementer contristatus ab ipso abiit. Nec possunt Evangelistæ fere sufficientia verba invenire, quibus ipsius tristitiam & mœrorem describant. Marcus dicit, συννάσας, ἦτι τὸ λόγῳ, molestia affectus est, idque cum indignatione aliqua, quam etiam ex vultu animadvertere licuit. συννάσας enim derivatur ab antiquo συνάω, quod significat odio prosequor; & Matth. 16. v. 3. tribuitur cælo, quando illud rubet, & tempestatem minatur. Lucas dicit, περιλυπῶ ἐγένετο, mœrore affectus est. LXX. ubi sunt hoc vocabulo Gen. 4. vers. 6. de Caino, qui indignabatur, quod Deus ad Abelis, & non ad sua sacrificia respexisset. Ibi dicit ipsi Dominus: ἴνα τί περιλυπῶ ἐγένετο, ut quid succensas est ira tibi? ut quid concidit vultus tuus? ubi describitur habitus & gestus hominis valde mœsti & magna tristitia affecti. Tandem Matthæus & Marcus dicunt, ἀπὸ λυπῶμενος, discedebat mœrens, magna animi ægritudine & tristitia affectus. Es verschmeht dem gültigen Herrn nicht ein geringes, daß ihm der Herr Jesus seinen aufgeschlagenen Kram von guten Werken nicht wil passiren lassen. Hujus vero tristitiæ & discessus causa refertur nulla alia, quam quod multa haberet & κτήματα & ζήματα, & multas possessiones, & dives erat valde, vel potius ipse ab istis suis bonis quasi captivus detineretur. ζήματα significant alias divitias & omnia bona sive mobilia, sive immobilia à κτήματα, quod significat utror, quia

divitiis est utendum ad ea, quæ oportet, non sunt reconcedenda. Hoc vero hic juvenis noluit facere, ac proinde jure confusus, abiit. Est autem exemplum omnium eorum, qui justitiæ suæ & operibus confidunt: hi vel tandem confunduntur. Nam accedente morte, quæ est ἀνυπόκριτος, tum demum intelligunt sibi præstanda fuisse ea, quæ vires ipsorum longe superant, si operibus salvari debuissent. Ac propterea non possunt non contristari ac animo affligi, quando se de fiducia suâ tam turpiter dejectos esse sentiunt. Et sane est hæc salutaris tristitia, & secundum Deum, quando operatur pœnitentiam ad salutem stabilem, 2. Cor. 7. v. 10. Sed hic adolescens ipse suis commodis obsticit, quod tristitia affectus à Christo discessit, quem potius ut Deum amplecti, & plene ex ipso discere debuisset, ubi justitiam, salutem, & vitam æternam quærere deberet, cum in se & suis operibus se ea nequaquam invenire posse intelligeret. Sed tales etiamnum hodie inveniuntur, qui de propriâ justitiâ fiducia dejecti, non tantum dolent, contristantur, & indigne ferunt; sed etiam ne errasse videantur, veritatis doctrinam & fidos monitores odio prosequuntur, & hostiliter oppugnant. Hos mittamus vadere, sicut vadunt. Nam idem etiam Christus hic fecit.

II. Non est dubium, exemplum hujus adolescentis omnibus, qui aderant magnam admirationem peperisse. Qui enim modo accurrerat, zelo fervidus, & admirabili alacritate nil quam cœlestia spirans, jam subito toto animo consternatus rursus discedit, totus terrenis suis opibus immerfus. Dum ergo illi omnes in hanc cogitationem essent intenti, Christus cum circumspexisset, & cordium ipsorum motus vidisset, incepit non tam admirandus, quam dolens ob humani ingenii corruptionem de periculoso divitum statu concionari, ut sic discipulos suos in officio contineret, ne eos suæ paupertatis pœniteret. Dicit autem initio: Quam difficile hi, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Cum vero discipuli ob hæc verba obstupescerent, videntes nimirum, non tantum tot divites in mundo, sed etiam quod divitias ambirent & appetere: Christus quasi blandimento quodam orationis, doctrinæ asperitatem mitigat, & explicationem quandam addit, quales divites intelligat. Filii, quam difficile est eos, qui fiduciam habent in pecuniis, regnum Dei ingredi. Inveniuntur enim, qui, si maxime divitiæ affluant, cor tamen non apponunt, Pl. 62. v. 11. nec confidunt in illis. Hi coram Deo sunt pauperes Spiritu. Sed quia hi rari sunt, sicut etiam Syracides fateretur cap. 31. v. 8. Beatus dives, qui inventus est sine macula; & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Ideo Christus generaliter de omnibus divitibus loquitur, potissimum autem non tantum de amantibus divitias, quod est omnium avarorum proprium, sed de confidentibus in eas, qui fiduciam, quæ soli Deo debetur, transferunt in aurum & argentum. Et quod hactenus de difficulter salvandis divitibus dixit, illud etiam comparatione amplificat, inquit: Iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quam divitem in regnum Dei ingredi. Hic multum disputant de camelo, & de foramine acus, per quod camelus ingredi



ingredi cogatur. 1. Sunt aliqui, qui dicant Hierosolymis portam fuisse, quæ foramen acus dicta fuerit, per quam camelus nisi deposito onere, & flexis genibus transire non potuerit. Cumque hoc sine difficultate fieri non potuerit: ita necesse fore ut si divites per angustam portam, quæ ducit advitam, ingredi velint, prius onus divitiarum abjiciant, quod plerisque admodum difficulter accidit. Sed quia ex nullis probatis historiis demonstrari potest, quod talis Hierosolymitana porta fuerit: merito hanc sententiam suo relinquimus loco. 2. Alii simpliciter in hærent literæ, & putant, camelum animal hic intelligendum esse. Et sane cameli comparatio cum divitibus pulchre convenit. Onerant enim sic se sarcinis divitiarum, ut veluti gibbo quodam inæqualitatis coram Deo & hominibus deformati incedant, & proinde per angustam portam salutis, nisi deposito gibbo tumoris, & sarcinis opum, ad æqualitatem reducantur, ingredi non possint. Quia vero camelum, animal, per foramen acus transire simpliciter impossibile est: ideo illi, qui hanc tuerentur sententiam, prætendunt esse locutionem hyperbolicam. Quod ego non libenter dixero. Nam hyperbolas Christo & ejus verbo tribuere velle, mihi minus pium videtur. Mihi ergo magis placeet 3. tertia sententia, qua alii per *camelum* non animal, sed funem nauticum, quo anchora alligatur, qui & ipse Græcis *καμήνη*, camelus, dicitur, metaphora ab animali sumpta, ob ejus crassitiam & tortuositatem, intelligunt. Est enim etiam difficile sit talem funem per foramen acus traducere: non tamen simpliciter est impossibile. Si quidem si funis resolvatur in tenuia sua filamenta, facile sensim traduci potest. Aptior etiam est comparatio funis cum acu, quam animalis cum acu. Summa autem totius hujus sermonis Christi est, quod voluit ostendere, divites ægre admodum Evangelii vocationem, quod nos regni cælestis civēs facit, sequi.

Hic vero juniores concionatores attendant, ne occasione hujus sermonis Christi sive divites, sive divitiis simpliciter damnent. Divitiarum enim ex Dei benedictione dantur Dent. 28. v. 1. & ipsius dilectis in somno. Ps. 127. v. 3. Unde recte Salomon Prov. 10. v. 22. benedictio Domini divites facit, nec sociatur eis afflictio. Fuerunt quoque multi pii & sancti divites, non tantum in V. T. (quo tempore putant Pontificii hoc præceptum perfectionis nondum datum fuisse) quales fuere, Abrahamus, Gen. 24. v. 35. Job, Jobi 3. David, Salomon & alii: sed etiam in Novo, inter quos fuit Lazarus Bethaniensis Christi amicus, & Josephus ab Arimathæa, cujus studium in asserenda Christi innocentia & honore tempore passionis clarius eluxit, quam omnium Apostolorum. Non igitur Dominus divitias vel divites simpliciter rejecit, sed corruptos hominum mores arguit, qui illis rebus, quas Deus ipsis adminicula virtutum & pietatis largitur, ad proprium suum exitium abutuntur. Sic posset pius vir sibi ipsi optare multas opes: tantum ut haberet facultatem multis beneficiendi. Sed videmus, proh dolor, fere omnes, quibus divitiarum affluunt, Cor ipsis apponere, & illo vitio laborare, cujus Christus hic meminit, ut *fiduciam habeant in divitiis suis*. Hoc

peccatum adeo grande & enorme est contra primum præceptum, ut illud solum mereatur æternam damnationem. Nam & Paulus ad Ephes. 5. v. 5. testatur, quod omnis avarus sit idolorum servus, & non habeat hæreditatem in regno Christi & Dei. Ideo etiam Syracides dicit cap. 3. v. 6. Aurum sacrificantibus sibi esse lignum offensionis: vix illis, qui sectantur illud, & omnis impudens deperiet in eo. Vere aurum est lignum offensionis iis, qui illud appetunt. Nam si quis perpendat, quas curas, quos labores, quot pericula avari sustineant & quas malas & illicitas artes exercent, donec pecunias corradant, plurimum offensionis inveniet. Jam vero divitiis possidentes, quot lites, rixas, dissidia sustinent, propter MEUM & TUUM, ut quis longe commodius superfluitate isti divitiarum destituatur. Adde his vitia, in quæ divites facile incidunt, qualia sunt luxus, superbia, intemperantia, fastus, lascivia, libido, quæ sunt offensiones animæ ad interitum, ut in Epulone divite vidimus. Denique, quando tempore mortis opes sunt deferenda, bone Deus, qui ibi sunt gemitus, lacrymæ, interdum etiam singultus & clamores. Deferere enim coguntur Deum suum, in quem hactenus omnem suam fiduciam collocarunt. De vero autem Deo quem hæctenus secure neglexerunt, spem nullam habere possunt. Ideo fere indignabundi, cum gemitu & fremitu feruntur ad umbras. Et talium damnatio justa est. Nam externa quidem professione Dei cultum & numen præ se tulerunt: in corde autem Mammona suum vero Deo prætulerunt, neque illum in fidei & religionis confessione propter hunc periclitari passi fuissent. Hæc ergo vitia ii, quos Dei benedictio divites fecit, caveant, & semper memores vivant dicti illius Paulini 1. Tim. 6. v. 17. tum divitiarum ipsos non damnabunt. Sicuti etiam paupertas neminem per se salvat, prout nunc audimus. Nam testantur Evangelistæ porro, discipulos, postquam audiverunt, faciliorem esse transitum cameli per foramen acus, quam ingressum divitis in regnum Dei *καθ' ἑαυτὸν & supra modum expavisse*, ac proinde *negos τὸς, intra se*, & ad invicem dixisse: *Quis ergo potest salvus fieri?* At quid opus est, ipsos expavescere super hoc sermone, aut de salute dubitare, cum relictis omnibus ipsi pauperes, Christum pauperem dudum secuti sint? cum item non ignorare potuerint, pauperum semper in mundo longe majorem numerum esse, quam divitum? Dicunt ergo aliqui; Discipulos licet inopes, tamen de aliorum salute angere, & dolere tot magnos & præclaros viros à regno Dei secludendos esse. Nam intellexisse ipsos, etiamsi non omnes in mundo habeant divitias, raros tamen esse, qui non summe iis afficiantur, easque habere maxime desiderent. Et quoniam Christus hic affirmat, divites difficulter salvandos, non tam propter opum affluentiam quam propter animum, quem erga divitias habent, discipulos in hanc questionem erupisse: *quis ergo potest salvus fieri?* Hæc sane bene dicuntur: sed videtur aliud subsuisse. Nimirum discipuli hoc pavore, & hac interrogatione produnt animi sui morbum quem Petrus in sequenti capite amplius detegit. Reliquerant sane illi reculas suas, & Christum secuti sunt, quo ipso potiri possent: sed fecerunt id, ut hactenus multis

multis

multis in locis vidimus, spe consequendi regni terreni, in quo profecto opes & facultates amplas, atque spolia optima à gentibus reportare velent. Postquam ergo nunc sentiunt, per hunc opulentum adolescentem, qui propter Christum opes suas deserere nolebat, omnes eos moneri, qui ejusdem essent ingenii, jam dolet ipsis non tam aliorum perditio, quos fiduciam in opibus collocare videbant, quam propria sua conditio; quas ampla illa spe de possidendis mundi opibus, turpiter excidisse metuebant. In eo tamen; quod ipsi pauperes dolent de perditione divitum, redarguunt modernos ordines Mendicantium in re Pontificios. Qui, quoniam sua ex inconsiderato voto deseruerunt, & in claustra se abdiderunt, magnifice de sua egestate gloriantur, divitiis suam fortunam invident, eos superciliose damnant, se vero per paupertatem suam voluntariam cœlum mereri sibi persuadent. Inepti homines, qui non possunt intelligere aliud esse, habere divitias, & aliud *considerare in divitiis*. Neque semper sequitur ab opum cupiditate alienos esse eos, qui vel turpiter eas prodègerunt, vel inani superstitione persuasi reliquerunt. Et quemadmodum modo diximus, divitias ex benedictione Dei datas, si recte administrantur, neminem damnare, ita hic quoque dicere cogimur, paupertatem per se neminem salvare. Neque enim ulla paupertas habet salutis meritum, excepta ea, de qua Paulus scribit 2. Cor. 8. v. 9. Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives: ut illius inopia vos divites essetis. Si quis tamen ex Dei voluntate & dispensatione pauper sit, & egenus, is non desperet, sed pietati studeat, precibus vacet, & fiduciam suam in Domino collocet, qui ipsi in difficultatibus constituto, paterna sua ope succurrere potest.

Postremo Dominus Jesus, qui nunquam suis, neque consternatis, neque pavefactis deest, ut conceptam animi tristitiam in discipulis mitigaret, benigne *cas intuitus est*, ut sic mansueti suo oculo turbationem mentis eorum sedaret, & simul etiam verbis consolatione plenius, quibus divinam virtutem ipsis considerandam proposuit, eos ad confidentiam exhortatus est. Dixit enim: *Apud homines hoc impossibile est, sed non apud Deum.* O-

*omnia autem que impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.* Duo complectitur hæc responsio membra. Primum concedit *apud homines impossibile esse*, ut non tantum dives, sed in genere quisquam hominum salvus fiat. Ea enim nunc est, post tristem primorum parentum lapsum, omnium hominum conditio, ut natura omnes terrenis addicti, cœlestia negligant, nisi divina regeneratione animi ipsorum mutantur, ut terrena despiciendo, cœlestia suspicere incipiant. Quapropter omnino humana virtute nemo salvatur, sed divina requiritur gratia, qua id, quod antea erat impossibile, ipsis benignitate reddatur facile. Ubi probe notandum, quod Christus discipulos de salute tam sua, quam aliorum consternatos, non remittit ad naturæ suæ vires, aut liberi arbitrii sui fiduciam, quibus impossibile esse testatur, ut homo salvetur: sed simpliciter ad gratiam Dei. Quo ipso concidit officina Papæ, & sumptuosa illa meritorum, tam propriorum, quam alienorum, suppellex, quam multi magno are coemere. Hæc enim quicquam ad salutis promotionem facere Christus hic negat, dum affirmat: *apud homines hoc impossibile esse.* 2. Sed alterum responsionis membrum, qua ratione tam divites, quam pauperes facile salvari possint. *Apud Deum omnia sunt possibilia.* Hic enim per Spiritus sui gratiam corda hominum regenerat, & in iis operatur, quæ alias ipsis essent impossibilia. Sic divitum multorum corda mutat, ut illa divina virtute à temporalium rerum amore & cupiditate abstracta, tanquam cœlestia desiderant. Efficet etiam, ut alacres vel abjiciant & deserant, quæ possident, vel, quasi non possiderent, sint affecti, parati non tantum illa, sed etiam ipsam vitam impendere, si Dei gloria, & religionis negotium id postulant. Hoc in Apostolis præstitum esse videmus, qui post acceptum Spiritum sanctum, cum consternatione hæc de rebus temporalibus earundem desiderium omne abjecerunt, contenti eo, si per Dei gratiam cœleste Christi regnum in hoc mundo propagare possent. Omnes eodem modo affecti, quo Apostolus Paulus Phil. 4. v. 11. de se scribit: Ego didici, in quibus sum, contentus esse. Scio & humiliari, scio & abundare (ubique, & in omnibus institutus sum) & satiari & esurire, & abundare; & penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat.

## CAPUT CXXXII.

PETRUS SUO ET COLLEGARUM NOMINE INQUIRIT DE COMPENSATIONE, QUOD PROPTER CHRISTUM OMNIA DESERUISSENT. DOMINUS RESPONDET, ET ADDIT PARABOLAM DE CONDUCTIS OPERARIIS IN VINEAM. MATTH. 19. v. 27. & 20. v. 1. MARC. 10. v. 28. & LUC. 18. v. 28.

## RATIO ORDINIS.

**H**æc ad antecedentia non interrupto ordine sequi non tantum unanimis trium Evangelistarum consensus ostendit: sed etiam particula *tunc*, quam Matthæus ponit, evincit. Et quidem sic arte coherent, ut multi hanc histo-

Harm. Tom. I.

riam cum priorè in unum caput jungant. Verum, quia dubium non est, hanc fuisse peculiarem & privatam cum Apostolis actionem, cui postea parabola aptissime subjungitur, ideo eandem peculiari capite etiam explicabimus.

Zzzzz

PETRUS